Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

+ Imperio nihil

ascribit,+ nisi nuda servitia vasalli & comoda
pp bona relinqt, quod esse tamen non potest,
quomodo n. Comes Imperij, aut Status esse aut dici
pot, si non sit particeps privilegiorum Comitatib.
ut Statib: quo ad dignitatem psonae datis, Huc
etiam facit allegata transactio de Anno 66.
inter Comitem et Ducem inita, ratione exer-
citij Religionis August: in arce Ortenburg. Nam
cum constet Constitutionem Religionis non bonorum
sed personarum gratia sancitam. Comes tunc
temporis, signo ad bona Comitatus tantum Im-
perio immediate subjectus fuisset, frustra
liberum exercitium expetiuisset, quare nulla ipsa
transactione pcipue in consideratione fuit psonae
dignitas, quod respexerunt transigentes, si Comes
tunc declaratus fuerit Status Imperij, quod
sine etiam ex confessione et consensu Ducis earum
Constitutionum beneficijs frui debeat, quae in
gratiam personarum introducta sunt, abeoque
tempore plurima mandata non sine fructu
impetrata sunt, ideo Comes effectum [illegible],
subsidiumque a patre pstitum, quem Dux ponit talem
esse negat, quod realiter Juramenta obedientiae
ita restringenda sunt, ne repugnet ordini Juratis
Felin: cap: Ne dici. Num: 8. De simon: /

550